

Ezechiel

4. 02

prophetauerunt. Sermo eius nec satis
disertus nec admodum rusticus est: sed
ex utroque medie temporis. Sacerdos
et ipse fuit sicut hieremias. principia vo-
luminis et finem magnis habens obscu-
ritatibus inuoluta. Sed et vulgata eius
editio non multum distat ab hebreo. Un-
de satis miror quid cause extiterit: ut si eos-
dem in vniuersis libris habemus inter-
pretes: in alijs eadem in alijs diuersa
transulerint. Legite igitur et hunc iuxta
translationem nostram quoniam per co-
la scriptus et comata manifestiorem le-
gentibus sensum tribuit. Si autem amici
mei et hunc subsannauerint: dicite eis
quod nemo eos compellat ut scribant. Et
pereor ne illud eis eueniat quod grece
significantius dicitur ut vocentur sago-
lido: quod est manducantes senecias

¶ Explicat prologus

¶ Incipit Ezechiel propheta. Capitulum I

Q factum est
in tricesimo anno. i.
quarto in quinta mensis
cum essem in medio capti-
uorum iuxta flumen cho-
bar: apertus sunt celi et vidi

visiones dei. In quinta mensis ipse est an-
nus quintae migrationis regis ioachin
factum est verbum domini ad ezechiel filium buzi
sacerdotem in terra chaldeorum super flumen
chobar. Et facta est super eum ibi manus domini
Et vidi: et ecce ventus turbinis veniebat
ab aquilone: et nubes magna et ignis in
uolens. Et splendor in circuitu eius: et
de medio eius quasi species electri: id est
de medio ignis. Et in medio eius similitudo
quatuor animalium: et hic aspectus eorum.
Similitudo hominis in eis. Et quatuor fa-
cies unius: et quatuor pedes unius. Et pedes eo-
rum pedes recti: et planta pedis eorum quasi

planta pedis vituli: et scintille quasi aspectus
eris candentis. Et manus hominis sub pedibus
eorum in quatuor partibus: et facies et
pennas per quatuor partes habebat: unius
cuiusque erant penne eorum alterius ad alteram.
Non reuertebant cum incederent: sed unum
quodque ante faciem suam gradiebat. Similitudo
autem vultus eorum: facies hominis et facies
leonis a dextris ipsorum quatuor: facies
autem bouis a sinistris ipsorum quatuor
et facies aquile desuper ipsorum quatuor: et
facies eorum et penne eorum extente desuper.
Due penne singulorum iungebantur: et due
tegebant corpora eorum. Et unum quodque eorum
coram facie sua ambulabat. Ubi erat in-
petus spiritus: illic gradiebantur: nec reuertebantur
cum ambularent. Et similitudo
animalium et aspectus eorum quasi carbonum
ignis ardentium: et quasi aspectus lam-
padarii. Decerat visio discurrens in me-
dio animalium: splendor ignis et de igne ful-
gur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur:
in similitudine fulguris ceterum
scannis. Cumque aspicerem animalia: apparuit
rotas una super terram iuxta animalia: habentes
quatuor facies. Et aspectus rotarum et
opus earum quasi visio maris: et una similitudo
ipsarum quatuor et aspectus earum et
opera: quasi sit rota in medio rote. Per quatuor
partes earum euntes ibant: et non reuertebantur
cum ambularent. Statura quoque erat
rotis et altitudo et horribilis aspectus: et
totum corpus oculis plenum in circuitu
ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia
ambulabant pater et rote iuxta ea: et cum ele-
uarentur animalia de terra: eleuabantur simul
et rote. Quocumque ibat spiritus: illic euntes
spiritu et rote pater eleuabantur sequentes
eum. Spiritus enim vite erat in rotis.
Cum euntes ibant: et cum stantibus stabant
et cum eleuatis a terra: pater eleuabantur
et rote sequentes ea: quia spiritus vite erat in ro-
tis. Et similitudo super caput animalium
firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis: et
exten super capita eorum desuper. Sub firma-

11-2